Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tam mirabiliter librauit in pondere montes et
colles in statera ut eum nullum habeant fun
damentum nusquam tamen cadere possunt.
hec autem omnia sine adiutorio sine consilio
rio sine doctore et instructore ille creauit fecit
et ordinauit de quo scriptum est. Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis vir
tus eorum.

Ecce gentes quasi stilla situle et quasi mo
mentum statere reputate sunt. Ecce in
sule quasi pulvis exiguus et libanus non sufficit
ad succendendum et animalia eius non sufficiunt
ad holocaustum. Omnes gentes qui non sunt
sic sunt coram eo et quasi nichilum et mane re
putate sunt ei. Quia nichil maius in hoc mundo
inuenire potuit non unam ul duas si omnes
gentes ad exemplum trahit. Que et ipse simul
collecte deo tamen comparari non possunt. Vnde
et subditur. Cui ergo similem fecisti deum. Qua
si enim situe plena situla una stilla cadat p nichilo
ducitur. Et sicut momentum statere fa
cile inclinatur sic sunt omnes gentes si contra
deum se erigere presumant. Et non facilius stilla
de situla excutitur ul momentum statere in
clinatur quoniam ipse omnium gentium sup
biam deponit et humiliat. Ecce insule plene
populis et mari undique munite tam facile sub
uertuntur quasi uento pulvis rapiatur pulvis
exiguus. Quid ergo tanto deo dignum repen
detur. Quid honoris tante maiestati exhibebitur.
Si sacrificare uelis. nec ligna libani ad succen
dendum nec animalia que innumerabilia in
eo continentur sufficient ad holocaustum. Omnes
enim gentes contra eum superbientes qui non sunt
sic sunt coram eo et quasi nichilum et ma
ne reputate sunt ei. Sicut enim ad ce eas con
dixit ita ad non ce si uelit eas redigere potest.
Non est facilius dicere q relere.

Cui ergo similem fecisti deum aut quam
ymaginem ponetis illi. Nunquid sculp
tile conflabit faber aut artifex auro figurabit il
lud et laminis argentea argentabit. Forte lig
num et imputribile elegit artifex sapiens et q
rit quomodo statuat simulacrum quod non mo
ueat. Qui inquit comparabitur deus cum ces
gentes pro nichilo reputentur ab eo. aut quam
ymaginem ponetis illi qui aquas pugillo celo
rum et terram tribus digitis tenet. Quis tale
manu fingere ualebit. vbi illum ponet cum in
manu cuncta claudunt. Nunqd faber ad eius
ymaginem conflabit sculpile. Spinq ul auro
ul argentea laminis figurabit. hec enim dis
sius populus insipiens facere solet. Forte eum
lignum et imputribile elegit artifex sapiens
mens ne deus immortalis subito in carne
resoluatur. Et querit multa ingenio labo
rat quomodo clauis et plumbo statuat simu
lacrum q non moueat. Eger namq est perdi
et facile cadit.

Nunquid non scietis nunquid non audie
tis nunquid annuntatum est ab initio no
bis. nunquid non intellexistis fundamenta
terre. Qui sedet super gyrum terre habitatores eius
quasi locuste. Qui extendit uelut nichil ce
los et expandit eos uelut tabernaculum ad inhi
tandum. Qui dat secretos scrutatores quasi non
sint iudices ut iuane facit. Et quidem neq
plantato neq sato neq radicato in terra tri
co eorum repente flauit in eos et arescunt et tur
bo quasi stipulam auferet eos. Ad hec con
tra eos loquitur qui ydola manu facta pro deo co
lunt. Nunquid non scietis aliquando inquit
quibus scientiam et intellectum et rationem domi
dedit. nunqd non audietis prophetas et ceteros
eis ita nobis annuntantibus. Nunquid non an
nuntatum est uobis ab initio per oysen qui
mundi descriptis originem. Nunquid eorum
ipso scribente et loquente non intellexistis fun
damenta terre. Qui sedet super gyrum terre quem
nemo hominum uidit unquam ipse eam crea
uit et de nichilo fecit et habitatores eius sicut
ab eo quasi locuste. ubiq pullulantes ubiq
pauam iam uastantes ubiq conuenticula fa
cientes. Qui extendit celos uelut nichilum et est
absq omni difficultate vnde illud. Extendes
celum sicut pellem. Et expandit eos super tam
quasi tabernaculum quod papilionem uocant.
humano generi et omnis animalibus ad inhitan
dum. Qui dat secretorum scrutatores quasi non
sint et iudices ut uelut mane facit. vbi enim
nunc est socrates et plato. vbi aristoteles q
ypocras. qui diligentissimi secretorum scrutato
res extiterunt. vbi iudices ut Julius cesar
Octauianus augustus et ceteri huius mundi po
tentes. Deprimere enim flauit in eos et arescunt
spiritus ille de quo superiorem siccatum est fenum et
cecidit flos quia spiritus dei flauit in eo. Et tur
bo ire et indignationis dei quasi stipulam
auferet et eius eos incredibilis tradet. neq enim
in terra sic truncus eorum plantatus ul satus